

fusa? sed quoties sanguinem cum cilicio tum flagellis exor-
 non potasti? nihil itaq; nihil huc veterum triumphorum mag-
 nificientia, sileant Flauti, Camilli, Scipiones, sileant omnes
 ibi flores iacere, hic purpureas sanguinis guttulas spargere,
 in flores taud dubie quemadmodum ille Narsijsi atq; Hy-
 cinti comitantibus, nisi in petram nullo cepite vestigia cec-
 dissent, mors quippe fuit, ubi triumphabat, ibi passim Divi
 libare, victimas cadere, hic ipse triumphator uictima
 ipse sacrificium Eusebium Caelo longe gratissimum, ibi thuris
 et odorum copia, hic odor uirtutum atq; meritorum uan-
 iq; exhalare, ibi solertissimi quot Lydicos uocant citharode-
 um artifices comitabantur, hic dulcissimum Angelorum
 melos atq; concentus, triumphantem ad aeterna gaudia de-
 lucebant, illi deniq; Capitolium ad templum Iouis, ad ca-
 eodem aram ascendebant, uah inanem stultam injun-
 imò miserandam Romani triumphum pompam! seu dolendum
 caeca uentis ludibrium! non ita praeclarissimus hic trium-
 phator Eusebius, excelsum Iouantis Regiam ascendit, ad
 Deum ter Opt: Max: bonum tuum, bonum delectabile,
 bonum sempiternum peruenit, ubi gaudet, ubi regnat, ubi
 triumphat aeternum, gaudeat, regnet, triumphet aeternum.

Sixi.
 A. E. Bonaventura Reding.